



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

8. Arborum & siluularum deliciæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45686

fuo infigit radios. Ea vel sola, minimaque plantula odore est tam liberali, tam suavi, colore tam grato, ut & Floræ nares inuitet, & oculos alliciat ipsarum Gratiarum, Præstantique ruris gloriam, comiter laceſſat.

Hæc, inquam, viola terræ filia, cæli æmula, & huic innumeri pares, enimvero & maiores molliorésque floſculi veſtigijſ Adami ambulantis ambiroſè paſſim ſeſe ſubijciebant calcandos. Denique

Tot fuerant illic, quot habet natura colores,
Pictaq; diſſimili flore niſebat humus.

Quam ſimul aſpexit, coniux accedito, dixit,
Et mecum plenos collige flore ſinus.

Tulit enim Dominus Deus hominem, & poſuit eum in paradifo voluptatis, ut operaretur, & cuſtodiret illum. Cùm ſuauior vita eſſe non poſſet, quàm inter has naturæ ſuauitates, dulciſſima cura fuit Adami, topiariam exercere, atque agere hortulanum. De illo igitur occupando ſtatuit Deus, quod Poëta canit:

Ille colet nitidis gemmantem floribus hortum,
Pallentis violas, & purpureos hyacinthos,
Liliæque, & Tyrias imitata papavera lucas,
Vernantiſque roſa rubicundo ſanguine florem:
Ceruleum folijs, viridi quia gramine collem
Conferet, & veris depinget prata figuris.
Aut varios neſtet flores, ſerſiſque locabit.

Hoc fuit opus Adami: in horto eum Conditor poſuit; quaſi diceret: Cinge tempora floribus *Suaueolentis amaraci. Talis in vario ſoles Diuitis Domini hortulo Stare floſ hyacinthi;*

Mulcet ubi Elyſiis aura beata roſas,
Et non ſentitur ſedulitate labor.

Quid delicatius potuit excogitari? habitatio hominis fuit Paradifus; opus jucunditas; labor voluptas. Inducitur in viridarium, ſtatuitur inter flores; reclinatur in molliffimo gramine, ut inter herbis capiat ſoporem; excitatur ad auroram; inuitatur ad roſaria; vagatur inter meras fragrantias, inſtar apis.

Vt modo rore maris, modo ſe violæne, roſæne:
Implicitet, interdum candentia lilia geſtat.

Nec ſtiua opus erat, nec ſarculo. *Omnia ſponte ſua tellus*

V a inarata

VII.

Ouid. 4. Faſtor.

Gen. 2. 15.

Manil. lib. 15.

Catull. 62.

Propert. li. 4.

Ouid. lib. 4.

Faſtor.

Ouid. 12.

metamorph.

VIII.

inarata ferebat; fœcunda pariter & ornata. Siquidem, præterea huiusmodi humiliorem telluris gratiam, & quasi vestem elegantissimam, aderat etiam maiorum copia plantarum; ramique arborum folijs venustissimè strepentes, & fructibus gratissimè onusti. Quis stirpium fructiferarum ordines? quis succorum & ballami odoratas lachrymas? quis lignorum perpetuò virentium amoenitates, quis cælum æquantes & voluptatis causa conditas arbores, dignè possit oculis subijcere? Ibi platanus irrigua; sublimis abies, excelis pinus, spirantes cupressi, vlmique circa quas hederæ serpebat nigris prædita folijs, corymbos quatiens; ibi florentes oliuæ, dulcescetes fici, amygdali pingues, quercus umbrosæ; ibi pulchra cerasus, mellea palma, malus citrea: seu vt nunc vocant Medica; & ea, quæ aureis pomis reluet: ibi vitis racemorum mater, & palmitum implexi ordines, inter quos hærebat liuentiuæ succum nectareum continens, & gemmæ instar, folijs interlicens, sole in eam partem incidente. Ad hanc formosam arborum plantarumque mixturam accedebat suauissima inumbratio viarum. Nam vicinarum rami arborum sociati, velut porrectæ manus, mutuò se contingebant, & folia sibi allubentia, amabili seculo complexu, excipere videbantur. Vento autem in ramos ac frondes delato, suauissimum quoddam murmur foliorum efficiebatur; cui vitam addiderunt lusciniæ, & canoræ voces, aliarum auicularum se alternatim prouocantium, & vincere cantu conantium. Quid verbis exprimere laboro, quod nullis sensibus satis ibi potuit percipi? Omnia in summo erant. In pratis herbæ decorem vernum; in fruticibus coriandrum, cucumeres, pepones; in arboribus rami maturos vndique fructus; in bestijs natura hilaritatem; in rebus omnibus hortus perfectionem habebat. Non extabat quidquam expers gratiæ venustatisque suæ, non quidquam imperfectum.

IX. Etsi enim quasdam arbores nominauimus non fructiferas, quas aliqui censent, vel in Paradiso non fuisse, vel fructiferas extitisse; haud tamen illis accedimus. Quis enim non verisimilius existimet, tot tamque præclaras arborum species Paradiso non defuisse? quæ etsi fructum non gignant esui humano idoneum; sunt tamen ad multa vtilis, sunt aspicientibus grata, sunt ceteris intersertæ oppidò elegantes. Caprifici ficus, vt scribit Plutarchus, nunquam

IX.
 Beda in
 Hexaem.